

sequi omnes debemus: honeste viuere, neminem ledere, & suum cuique tribuere.

LXXXVII.

*Verba
qualia.*

Verba etiam exiguntur mediæ inter sublimia humiliæque naturæ. v. g. Cum ad laudum omnium metam beatus decurreret, vltimis fati metis admotus est.

LXXXVIII.

*Trāfertim
honestas
adsint.*

Intèr alia honestatem verborum genus hoc amat, vt si de scortatoris coitu dicas: Tale tu cum meretrice infami commercium habuisti, quod honeste adpellare non licet.

LXXXVIII.

Gravia.

Neque grauitatem respuit vocum. v. g. de scortatore eodem: Tu familiæ tuæ probrum & carcinoma fedis adeo actibus euasisti.

LXXXX.

Equalia.

Debent etiam verba esse equalia; id quod fiet, si vnus solum auctoris dictiones & phrasas vsurpabimus. De quo imitationis genere ea conferri heic debent exercitia, quæ supra tradidimus.

LXXXXI.

*Sonus
qualis.*

Illæ denique dictiones præferendæ heic sunt, quæ lenius, facilius, celerius

rius